



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris. Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

LII. Puellæ mortuæ vita redditur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

& viuulum deprehendit, assurgit, & absque dolore illud circumagens, inclamat & ipsa, se Sancti Ignatij inuocatione ac miraculo persanctam.

Nec huius diei beneficentia, hic finem habuit. Mariæ Sanctiustæ ad cæcitatem nihil deerat præter extinctionem tenuissimi luminis quo solum admota propius, tamen confusè, & quasi per nebulam cernebat, Sibi hæc etiam integram visus facultatem à sancto petiit, seque rem sacram in eius honorem semel curaturam; & exorauit confestim quod rogarat. Velut enim quiddam euelli sibi ex oculis visum est, quos in diuersa repente concitiens. eminus, cominus probauit esse vbique perspicaces.

Excellit tamen in his Munebregæ diuinitus gestis, Bernardæ Benediddiæ Philippi Gomeij vxoris sanatio. Nam cum esset annorum duorum, & triginta, postremos octo cõsistata fuerat tot malis, vt prodigio haberetur quod viueret. Brachium vlcere, pulmo tabe, pectus plaga languebat, ore sanguinem purulentum mittebat sæpius, cruciatibus stomachi acerbissimis torquebatur, iamque sexennio quicquid cibi sumpisset, reiectare post paulum cogebatur. Ac demum subinde patiebatur animi periculosa deliquia: huic erat filius adolescens, qui edita illic quæ dixi prodigia, quorum & ipse spectator fuerat, matri referebat, rogans confidenter & supplicans, vt se quoque vellet in beati sacellum, quocumque tandem modo importari, vbi cum aliæ vsque ad eò facillè fuissent morbis expeditæ; multo procliuus id esset adeptura quæ grauius aliis, & miserabilius laborabat. Verum mulieri deferri ad templum, quasi efferri ad tumulum videbatur, ita erat viribus destituta, sed eius interuentu Valerij, à quo imaginem S. Ignatij narraui sacello illatam, erecta est in spem remedij, edocta est opem ex eo quarere, applicitas sibi eius reliquias reuerenter excepit, marito simul nouem sacra vouente ad sancti altare celebranda. Ipsa voluntate quam potuit maxima, eius apud Deum merita implorauit. Atque hic illam subitus occupat animi defectus, & toto corpore ingens sudor. Postquam restituta exclamat, salua sum prorsus, & morbo plane omni soluta; lectoque mox surgens, & valida, eo ipso die, in S. Ignatij sacellum se confert valetudinis ac vitæ meritas gratias professura.

Aliquanto post hæc admiranda, in pago, cui Pardo nomen, duodennis paella ex profluuiio sanguinis diem obierat. Flebat mater dolore confixa coram S. Ignatio, flagitans vt suam, hoc etiam in filia casu, potentiam celebraret, nec enim illi operosius futurum mortuo vitam à Deo obtinere, quam membrorum officiis capto, restitutionem. Horas iam quatuor iacebat mortua, cum ecce vocem appellantis se, mater excipit, Viuo, inquit, mater, S. Ignatius me vitæ reddidit; surgensque, non modo sanitate, sed plenè viribus donata, paulo post ad oues pascendas rediit.

Neque huic vni puellæ mortuæ, vitam S. Ignatius exorauit; Munebregensis Medici filium fere adhuc trimestrem, offula ex vino præfocarat, dabatque iam parens de illius funere mandata, ex opposito mater eius vitam ab Sancti Ignatio repositens, infantem oleo liniuit quo lampas in

L.

*Visum prope  
caca perspi-  
caceam reci-  
pit.*

LI.

*Multis diu-  
turnis, &  
grauibus  
morbis impli-  
cita sanatur.*

LII.

*Puella mor-  
tua vitæ red-  
ditur.*

LIII.

*Infans mor-  
tuus suscita-  
tatur.*